



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

2. Julii. Bonus animarum venator multa debet dissimulare, quasi nesciat;  
factus pòst dominus voluntatis, flectere virtutis tyronem poterit, quo  
libuerit. S. Ignat. ap. Bart. l. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)



famulatum promovere, præstet, quàm regnum.

2. Julii.

*Bonus animarum venator multa debet dissimulare, quasi nesciat; factus post dominus voluntatis, flectere virtutis tyronem poterit, quò libuerit. S. Ignat. ap. Bart. l. 4.*

**B**landiùs agendum cum teneris, Durior aurâ pereunt plantulæ, quas blandior ad maturitatem educâset. Patientia habenda principîo.

Licet tardiùs marmorì, quàm ceræ virtutis imago inducatur, moram compendabit constantia. Cera, quæ facillè virtutis imaginem sumit, pari facilitate ponit; marmor, quod multis ictibus monitam eam recepit, nec per sæculum amittet.

Si non suus culturæ tuæ fructus respondeat, non continuò extirpanda est arbutula; quod hodiernus negavit, crastinus dabit dies. Expecta, irriga, crescet, longanimitatem, ac diligentiam fructuum solatio liberaliter solvet.

3. Julii.

*Heu quantum decipiuntur! qui se spiritum*